

IN LIBRUM DUODECIMUM
C. AUGUSTINI CURIONIS
E P I T O M E.

Glades in Istris a Friapane accepta . Gallorum ac Germanorum in Carnis & alibi progressus . Julii ægritudo . Pisaurum a Julio Franciscumariæ traditur . Germanorum ex Alpibus populationes . Gallorum ad majus litus usque incursiones . Venetorum cum Julio & Britanniæ rege fœdus . Galli & Germani Taurisum obsident , eorumque discessus . Lex de novo navalium magistratu creando lata . Exercitus ad amissa in Carnis recuperanda missus , ejusque res gestæ . Vicetia ad reipublicæ imperium reddit . Julius eos , qui Pisanum concilium coegerant cardinalatu spoliat . Brixia & Bergomum a Venetis capitur . Varia pacis cum Maximiliano negotia . Bononia a Pontificiis & Hispanicis copiis obsessa , a Gallis liberatur . Venetorum ad Villamfrancam clades . Brixia a Gallis expugnatur . Duodecim Helvetiorum legati ad urbem veniunt . Induciae inter Maximilianum & Venetos . Pugna apud Ravennam . Lateranensis concilii initium . Ravenna a Pontifice cum arce recuperatur . Helvetii se Veneto exercitui conjungunt , eorumque res gestæ . Bononienses se iterum Julio dedunt . Galli tota Insubria pelluntur . Selimus patri regnum eripit , ejusque ad Venetos legatio . Genua a Fano Fregosio capitur . Alfonsus Atestinus a Julio interdicto absolvitur , & Roma aufugit . Helvetii a Julio Romanæ reipublicæ defensores appellantur . Julii in Alfonsum conatus irriti . Mediceorum Florentiam redditus . Julii Galliæ regi aqua & igni interdicit . Veneti Cremam recipiunt . Gallorum in Aquitania clades . Veneti cum Ægypti rege fœdus renovant . Neapolis prorex Brixiam capit . Julii cum Maximiliano fœdus , a Venetis alienatio & obitus . Leonis X. creatio .